

## **Symma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Sive Antinomia Iuris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium  
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,  
discussa, & explicata

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

XXXVI. Differentia 9. Iure civili licitum est contrahentibus invicem decipere  
usque ad dimidium justi pretii:

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

## DIFFERENTIA 9.

*Iure civili licitum est contrahentibus invicem decipere usque ad dimidium  
justi pretii: 1. In causæ, ff. de minor. Iure Canonico Ecclesia vitæ  
fraude ac deceptione contenta esse justo pretio debet, c. Hoc jas  
10. q. 2. Bartol. 66. Ioann. Bapt. à S. Blasio 105.*

Pomponii effatum est inl. cit. in causa, in emptionis & venditionis pretio naturaliter licere contrahentibus se circumvenire. Vbi gloss. Gotofredi naturaliter, id est, iure gentium: quia natura, seu affectus contrahentium est, ut velint in emendo, & vendendo lucrum aliquod facere. Haec tamen circumscriptio, cuius hic mentio fit, non est dolus, sed prudenter, & industria, quædam œconomica, studiumque aliquod rei familiaris augendæ. Eodem pertinet lex 2. C. de rescind. vendit. Rem majoris pretii, si tu vel pater tuus minoris distraxerit, humandum est, ut vel pretium te restituente emptoribus fundum venundatum recipias, vel si emptor elegerit, quod deest, justo pretio recipias. Minus autem pretium esse videtur, si nec dimidia pars pretii soluta est. Sed idemne emptori liceat, repetere videlicet, in quo supra dimidium læsus est, ambigitur æquitas suadet licere: imo huic potius quam venditori succurrendum viderur, qui potest, & debet rerum suarum justum pretium nosse, l. 1. §. 13. ff. Si quid in fraudem patroni factum sit, & DD. apud Barbos. multi id sentiunt c. Diletti, de empt. & vend. Praclarè Everb. Brondif in Centur. 2. assert. 52. Malè, inquit, & peritè ex citatis leg. colligitur, quod dolum, & deceptionem permittant, in nihil magis, quam fallere, & decipere alium à viro bono sit alienum. Decepcionem, & circumventionem hic non produlento vendoris consilio, quod dicta proposito, intelligi debet, sed pro labore, quæ re ipsa fit, & incuria contrahentium. Nam si interveniat evidens venditoris, vel emptoris dolus, redditus contraetus venditionis tanquam bona fide ipso jure nullus, l. Si dolo, C. de rescind. videtur. Per hæc tolli videatur Differentia colligata, nam si quilibet vitate fraudem & justi pretii licitatione contentus est debet, quo sum id Ecclesiæ ut propriam ascribitur? Nec oportuit dicere Bartol. cum Innocentio Papa, Ecclesia in actibus suis fraudem adhibere non debet, sed Ecclesiæ & cunctis mortalibus dolus, b. fraus fugienda est. V. Dom. Soto l. 6. de ill. 9. 3. art. 1. Antonin. par. 2. tit. 1. 4. 15. Fachineum l. 2. Controv. Iur. 6. 16. Palao de inst. com- mut. disp. 5. Lest. 6. 21. D. 4.

XXXVII. DIL